



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri  
apostatæ super actis Ratisponæ**

**Eck, Johannes**

**Ingolstadii, 1543**

**VD16 E 416**

Bucer per maximam seipsum damnat & omnes Lutheranos

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30106**

firmiter credunt, ante omnia charitatem habentes faciunt  
nemo bonus illa mala dixerit, nisi summa impietate dicat  
bonum malum, & malum bonum.

Audite Lutherani iudicium vestrum à Bucero, quoniam  
etiam Cayphas prophetauit: & erit quicunque  
audierit, tinnient ambæ aures eius.

**Q** Vicunq; nō spiritu Christi cupiditates carnis repris-  
bb.a  
Maxima  
Bucr*in*  
tolerabiz  
Iis libi, Lu  
zhero et  
om*ibus*  
eius pseu-  
daposto-  
lus.  
  
munt, & veterem hominem cum ingenitis morbis  
ac vitis crucifigunt, ij ut non habent spiritum Christi, ita  
Christi non sunt: & quamdiu in immunditia sua, ebrieta-  
te, libidine, lasciujs, superbia, rapinis, dolis, fraudibus per-  
stant, &c. nullam partem habere possunt in regno dei. Er-  
go nullam habebitis partem vos Ludderani in cœlo, qui  
nihili ducitis hæc crimina, quia sola infidelitas damnat, &  
sola fides iustificat: interea perficitis desideria carnis, etiam  
qui voulis per perpetuam castitatem deo:carnem minime crw-  
cifigitis, sed nepotamini, inebriamini, quotidie nuptias cele-  
bratis sacerdotes, etiam cum viduis, etiam cum meretrici-  
bus: & in summa, omne illud sequimini, quod caro deside-  
rat, & refugitis quæ carni molesta sunt & nobis in sacris li-  
teris sunt commendata. s. frugalitatem, continentiam, sobrie-  
tatem, iejunia, vigilias, orationes, sicut & abstinentiam à car-  
nibus in quadragesima, in angaria & ferijs sextis, matutin-  
nas nocturno tēpore, horas canonicas, confessionē, &c. vt  
vita vestra magis conueniat scholē Epicuri, quam Christi.

**C**hristia-  
ni peccas-  
tores.  
  
Inuehitur Butzer in corruptam vitam præsulum eccles-  
iæ, episcoporum, cardinaliū, &c. Reuera quotquot corru-  
pte viuunt, malefaciunt, etiam si sint principes vel ciues Lu-  
theranorum nostri feliores, quod agnoscunt peccata,  
scientes quia fides sine operibus mortua est, cōfidentur pec-  
cata sua, & penitentiæ sacramentum & remedium in ecclæ  
sia recipiunt iuxta præceptum Christi & ecclesiæ obseruan-  
tiam: alij qui spretis sacramentis soli fidei fidunt, confun-  
dentur.

dentur. Sanctius esset deo adhærere, eum summum bonū colere, præcepta eius & ecclesiæ seruare, quām illis contempsit solam fidem in deum inaniter ac vane iactare, sine euangelicis operibus.

Vere quadrat in Luderanos suos, quod ait. Veram carnis castigationem ignorantib[us] sicut fide viua carent, quia fid[er] des sine operibus mortua est. Nos autem catholici, confessionem & p[re]nitentiam in ecclesia dei habentes, in timore eius ambulamus, agnoscentes defectus nostros clamamus. Psal. 138 Imperfectum nostrum viderunt oculi tuis c[eremoni]js vero non nihil erigimur ad dominum, & afficimur plurimum pro hoc statu miseriae, ubi mortali sumus alligati corpori & mundo sensibili. Id quod suus Grammaticus Melanchthon aliquādo fatebatur: Impossibile esse religionem conservari sine c[eremoni]js.

Bucerus cum intelligeret se nimis impudenter mentitur, B.B. n. catholicos ignorare castigationem carnis, retractat illud, Bucer te mere iudicat opera nostra. & tribuit nobis ieiunia & abstinentias: at, inquit, fucatae sunt & nulla commoditate spiritus: quām inique hoc facis, prohibet Christus, nolite iudicare, & non iudicabimini, quod Beda post sanctos patres ad opera indifferētia ad- aptat: quanto minus iudicare debemus opera in genere bona! Deus scrutatur corda & renes, non Bucer aut Luther. At habet quod dicat, quia catholici castigantes corpus in ieiunijs, orationibus, vigilijs, & abstinentijs secundum doctrinam euangelicam, non habent fidem viuam, sed quis hoc reuelauit Bucero? nonne magis præsumendum est facientes opera euangelica habere viuam fidem, quām ociosos Lutheranos bonis operibus vacuos? Et catholicos habere fidem viuam argumento S. Iacobi euincimus: ostendat nobis Lutheranus fidem suam sine operibus: nos autem catholici ex operibus ostendemus eis fidem nostram: nisi enim crederemus, opera à deo præcepta vel cōsulta, &

B. iiiij quæ